

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: In librum ... [Dedikation af Astronomiæ I...]

Citation: Brahe, Tycho: "In librum ... [Dedikation af Astronomiæ I...]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 211. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54744/facsimile.pdf> (tilgået 17. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Hi valeant, meritisque suis quæ digna reportent,  
 Vindicis ut statuent Jura verenda Dei.  
 Salve Ranzōum venerande Henrice propago,  
     Uraniam primus qui capis hospitio.  
 5     Hic ubi vicinas Hamburgi mœnibus amplis  
     Wandelsburga novas Arx habet alta domos,  
     Quas fibi construxit memoratus is optimus Heros.  
     Octo gerens vitæ lustra peracta fuæ.  
 10    Det Deus Afriferi sapiens moderator Olympi,  
     Nos hac utiliter forte locoque frui.  
     Ipsius ut cunctis pateant miracula Terris,  
     Æthere in abstruso quæ latuere diu.  
 Quin tua Ranzovi, donec fibi fidera cœlum  
     Vendicat, hospitij fama superstes erit.

15    Hoc carmen cum modernus Rex Danieæ forte fortunâ in quodam libro  
     Domini Henrici Ranzovij, bonæ memoriae, ipsum Haderlevia in Holstia  
     ex inopinato invilens reperiſet, jacente nimis in mensa libro, quem Ca-  
     lendarium Ranzovianum vocant, cui annexum erat: viro titulo Elegiaæ, meo-  
     que subscripto nomine, ei perlegendo multum immoratus est, tandemque  
 20    complicato libro discepit et habuit, quæcumque legerat diſimulans. Quod  
     cum ad me referri curaſet Dominus Ranzovius, veritus ne ægre ferrem, Regi  
     in manus per incuriam suorum ministrorum (quibus eâ de cauſa succenſe-  
     bat) pervenire, respondi: Tantum abeſt ut hoc moleſte accipiam, ut potius  
 25    paratus sim Regi exemplum dare, si voluerit: neminem enim in Dania esse, qui  
     haec ſic habere jure negare poſit, imo his longe graviora vera eſe etc.

[E P. J. Resenii *Inscriptionibus Haſſiensibus* (Haauiae 1668) p. 335 sq.]

**SUB PYRAMIDE TEGUMENTO QUODAM  
COOPERTA.**

Stans tegor in folido, ventus fremat, ignis et unda.  
 30    Vandesbechi An. MDXCVII, quo post diutinum in patria  
     exilium demum pristinæ libertati reſtitutus fui.

TYCHO BRAHE OT.

[E codice Vindobonensi lat. 10686<sup>4</sup>; cf. exempla extantia *Mechanicorum*]

**11<sup>4</sup> IN LIBRUM TYCHONIS BRAHEI DE MECHANICIS  
ASTRONOMIÆ.**

ACCIPE clementi, Cæſar Germanice, vultu  
 A     Organa fidereas apta notare vias.  
 His ter ſeptenos luſtravimus Aſtra per Annos,  
     Suftinuit tantum donec Huenna decus.

27\*

Af